Nuces Indicæ, magni in India usus et questuosæ, cibum et potum hominibus ſuaves et navibus materiam prebent idoneam quibus e ædem et onerantur et aluntur nautæ —,

Indiaenſche nooten ofte Palmboomen welcke in Indien veel opbrengen want geven ſoete ſpijs en dranck, ſtoff tot ſcheepen, ſeijlen eñ touwen eñ daer die ſelffde ſcheepen met geladen eñ die ſchipluyden mede gevoet werden —,

Ficus Indica per totum annum ferens fructus copiosé nutrientes quotidianam multorum escam —,

Een plante draegende het geheele Iaer vruchten, diemen Indiaensche vygen noemt, ſeer voedende, eñ een daegelickſe ſpijse der Indianen.

Fructuum icon quos Arrecca sive Fauſel vocant, et Bettelle folia, quos pauco calcis ſubactos integrum diem masticant, ſuccum deglutientes ad corporis purgationem aliasq; utilitates.

Fruyten diemen Arrecca ofte Fauſel noemt eñ die blaeden Bettelle, welcke met wat calcks vermengt die Indianen een gantſchen dach kauwen het ſap doorſwelgen om tlichaem te purgeren eñ ander haerder crachten.

Piperis frutex hæderæ non abſimilis.

Orientaelſche Peeper waſſchen de tmuer cruyt niet ongelyck

80 en 81.

HAbet India arborem multæ virtutis; multique uſus, quæ Palmæ quidem nomine nota eſt, verum fructus fert prodiga naturę liberalitate in infinitas pene res utilitate pręſtantes. Hos Luſitani Coquo vocāt; & ſunt Avicennæ etiam noti. Arbor ipſa procera, ramos nullos præterquam in ſummitate producit. Nuces ſub folijs creſcunt, ad ipſam arborem fixæ. Lignum ſpongioſum eſt & radice minuta verum firma, quod mireris, inſigni altitudine, quam Canarini eximia velocitate ſuperant, cum horrore ſpectantium, & ſunt ſciſſuræ in cortice laboratæ, ad faciliorem aſcenſum. Ex Ligno autem, licet ſpongioſo, incolæ Maldivar naves conficiunt, nulla ex ferro junctura ſed enim filo contexunt, quod ex nucibus paratur. Itaque Rudentes & anchoralia ex eodem filo ſunt. Velum autem ex folijs, quæ Olas vocant, & ſerviunt illa etiam ad tegumentum ædium Canarinorum, ſtoreas Pallanquinorum, Galeros ad arcendum ſolem, multa æſtimatione. Quidam autem hanc arborem colunt fructuum gratia, quidam vini. Nux ipſa coquos ad magnitudinē Ovi Struthionis, cortice ſive culleola tegitur viridi, ut noſtrę nuces. Ex cortice, eſt enim piloſus, omnes Indiæ rudentes conficiuntur, ad uſum marinum, & aquam ſalſam amant, cæleſti putredinem adſciſcunt. Fructus ad maturitatem accedentes Lanha vocantur, & intus aquam habent, quę temporis tractu in nucleum mutatur, vel pomum ſaporis gratiſſimi. Cortice dempto exterior tunica ad calices & cochlearia ſervit, commodiſſimo uſu. Nucleus autem famulorum cibus eſt, & per omnes Indiæ partes diſtrahitur. Oleum ex hoc fructu etiam conficiunt, & aquam ad potum ſalubrem, etiam acetum, Vinum & Saccarum. Ex interiori medulla Arboris Chartam Indi habent, ſuntque omnes Libri Indię ex hac materia, natura producente in ipſa arbore Plicas, ad diſtinctionem foliorum.

Ficus Indiæ pręſtantiſſima, ad hominis magnitudinem creſcit, folijs longis ad ſtuporem & in varios uſus commodiſſimis. Fructus uvarum ſpecie in magnitudinem Cucumeris multiplices, calibus adhętent Racemum duntaxat unum quæque arbor fert, & detruncatur tum arbor, quæ continuo brevi ſpacio excreſcit, & novos fert fructus, communis Indorum cibus & ſunt præſtantiſſimæ ex Canonor. Racemus aliquando duorum virorum vires implet, ut & S. ſcriptura teſtatur.

Bettelam & Areccam Indicę mulieres omni tempore mandunt. Bettela creſcit in formam Piperis, & Hederæ. Arecca in formam Palmæ; eſtque hic mos vulgaris apud Indos ore terere hos fructus, ad ſtomachi & boni halitus gratiam. Piper ut Hedera arbores amplectitur & oſtendit præſens figura formam.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Kodak Gray Scale 0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=22-3-geom-2f-00003
DFG

Titel	[Pierre Gillet]
Datierung	1713
Beteiligte Person	Rigaud, Hyacinthe (1659-1743) (Maler); Drevet, Pierre (1663-1738) (Stecher); Rigaud, Hyacinthe (1659-1743) (Inventor)
Schule	Französisch
Museumsnr. / Signatur	PDrevet AB 3.38
Institution	HAUM
Technik	Kupferstich
Wasserzeichen	nicht identifiziert
Maße in mm	Platte: 378 x 282
Maße in mm	Blatt: 381 x 285
Inschrift	PETRUS GILLET PROCURATORUM DECANUS AETATIS 85. ANNO 1713. [Inschrift]; Hiac.tus Rigaud pinxit; Pet Drevet Sculpsit. [Künstler]
Objekttyp	Druckgraphik
Dargestellte Person	Gillet, Pierre (1628-1714) (Dargestellte Person)
Schlagwort	Architekturrahmen; Mann; Porträt; Wappen; Kartusche; Gelehrter
Handbuch / Literatur	Le Blanc 1854-1890, II.143.64; Firmin-Didot 1876 (Drevet), 48.68
Bezug zu anderen Werken	Nach einem Gemälde von H. Rigaud
Institution	Herzog Anton Ulrich-Museum
Sammlungszugang	Alter Besitz, Zugang vor 1878

	Eigentum
Museumsnr. / Signatur	PDrevet AB 3.38
PURL	http://kk.haum-bs.de/?id=drevet-p-ab3-0038